



CODICES HERMENEUTICI.

LXIV. VII. 7. 24

863 **C**odex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 243. 12. non una manu, sed ita conscriptus, ut partes quaedam Seculum X. aliae item Sec. XII. respicere videantur, nitidus et bonae Notae hoc rubro est: *Incipiunt Glose In Genesin.* Etiam Cod. CCLXXVII. laudamus eruditas has in universa Biblia Glossas; at praesens, qui olim *Seb. Tengnagelii* Bibliothecae nostri Praefecti semper cum *Lambecio* nominandi κτημα fuit, eas integras non absque insigni augmento exhibet. Initium faciunt Glossae in Praefationem *Hieronymi* in Pentateuchum hoc modo: *Prologus est prolocutio. Proemium est initium dicendi. Sunt enim proemia principia librorum. quae ante causae rationem ad instruendas audientium aures coaptantur. Praesagium i. prescientia. pentateuchum i. V. librorum. &c.* Glossae in Genesin ita ordiuntur: *De libro Brestib. ebraice. genesis grece. generatio latine. In principio i. initio ordinis Creaturarum. Terra erat inanis i. inutilis et uacua i. ornatu. Alia translatio habet invisibilis et incompressa in quo intellegitur adhuc in-*

perfectio corporalis substantiae significata &c. Ita enotatur *Pentateuchus* totus, *Librique Josue, Judicum et Ruth*, memoratis non raro τω Septuaginta, *Aquilae Symmachique* versionibus. Sed et *Theotisca* frequenter insperguntur; sic vel in Genesi: *Murboum Caprificus, In Thera Chuoli* ad Auram. *Brunaz Furvum. Eleuaz Fulvum. Dinc zit Placiti* tempus. *Albarin Populeus. Mandapoumin Amygdalinus. Hesilin e Corylo. Bitrogan Delusa. Ardoretta Emarcuit &c.* Unde *Teuto* fuit Glossator noster, quod e sequentibus confirmabitur. Nam

Fol. 97. interrumpitur *Glossarium*, et succedunt, quae ordine edifferam. 1) Doctrina de pronuntiatione singularum literarum ope organorum, quae incipit: *A. Sub biatu oris congruo solo spiritu memoramus. B. Labris per spiritus impetum reclusis edicimus. &c.* et jam alibi indicata est. 2) Notitia Characterum *Graecorum, Hebraicorum, Latinorum, Aethiici Philosophi et Marcomannicorum*, adpictis singulorum Figuris, additisque nominibus. Extat haec Notitia

titia cum in *Codd.* nostris aliis, tum in edit. *Colon. Opp. Rabani Mauri* T. VI. 1626. p. 333. f. Figuræ tamen hinc inde non parum inter se variant. 3) Specimen *Monogrammatum* XIX. itaque uno plus, quam apud *Rabanum* mox cit. idque in voce *DEVS.* Adjectit Scriptor ex *Hadriani* Aug. Epigrammate: *Animula nudula ibis ad loca pallidula frigidaque. non ut soles dabis ioca.* Item: *Artemon. est uelum magis causa dirigende nauis quam celeritatis.* Quod cum infra in *Glossis* ad *Acta Apost. fol.* 195. pene iisdem verbis repeta-

Pro k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z.
ik. ia. ib. ic. id. ie. is. iz. ih. it. k. ka. kb. kc.

Secundum meris literis i et l. vel fi mavis, lineolis perpendicularibus brevibus et longis absolvitur ita, ut sex primæ literæ constent una lineola brevi, longis vero usque ad numerum sextum crescentibus, sex secundæ lineolis

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. &c.
il. ill. illl. illll. illlll. ul. ull. ulll. ullll. ulllll.

Tertium variis constat ductibus. *H* et *K* suam formam retinet; *a* pene numerum binarium 2. refert, *o* vero graecum ϵ . *Quartum* literarum loco numeros Romanos ponit progredientes ab *a. I.* usque ad *z. XXIII.* Ejusmodi lusus habes in *Job. Trithemii Polygraphia*; an autem nostri hi præsentis cuidam Codici scribendo unquam adhibiti fuerint, ignoro. Ab iis certe characteribus, quos alibi indica-

tur, argumento esse possit, *Grammatica* haec et *Glossas* ab eodem Autore proficisci. 4) *Notae* dictæ *Caesaris*, et *S. Bonifacii*, ut apud *Rabanum cit.* fed Editor in posterioribus id, quod praecipuum est, omisit; posuit enim: *B. F. K. P. X.* quin praemitteret *A. E. I. O. V.* et indicaret, illas literas harum loco in *Alphabeto Bonifaciano* servire. 5) *Alia* IV. *Alphabeta* arbitraria et arcana, in quorum *Primo* literis praecedentibus suae formae suoque valori relictis deinceps sic proceditur:

brevibus duabus, sex tertiae lineolis brevibus tribus, quinque ultimæ lineolis brevibus quatuor, lineolis longis semper eundem, quem dixi, progressum observantibus. Ita.

vi, distant. 6) *Literarum Hebraicarum* nomina et significata, ita: *Aleph Doctrina. Beth Domus. Gimel Plenitudo. Daleth Tabularum. He Ista. Vau Et. Zain Haec &c.* Et decurso Alphabeto: *Post interpretationem elementorum intelligentiæ ordo dicendus est. Prima conexio est. Doctrina Domus Plenitudo Tabularum* (nempe Aleph Beth Gimel Daleth) *Quia uidelicet doctrina aecclésiæ quæ domus dei est.*

est. in librorum reperitur plenitudine diuinorum &c. Ingeniose, modo Significata Elementis Hebraicis tributa semper recte haberent! 7) Brevis Doctrina De Talentis. De Artium Inventoribus. De Nominibus Ventorum et Mensum. De IV. Principalibus Virtutibus. De Medicina. De IV. Mariis ex Hieronymo. De sex Nominibus Dei. De Diis Gentium. De Aedificatione Templi ex Augustino. Nomina Musarum. De diuisione Musice Artis. Schema Arboris Consanguinitatis cum expositione. Interpretatio quorundam Verborum graecorum et Explicatio Terminorum Aristotelis. De Opere sex Dierum. Ex his Nomina Ventorum et Mensum sunt etiam apud

Capfa. *Chephsa*.
Calix. *Chelib*.
Thuribulum. *Rouchfaz*.
Candelabrum. *Charcistal*.
Acerra. *Wirouchfaz*.
Casula. *Missachal*.
Sandalia. *Riumiscan Scuoba*.

Rabanum cit. Verum in Cod. nostro Euro additur: *nubes generat, uolcan pirit*, Austro: *humidus et calidus*, nafs enti *vuarm*, et Africo: *tempestuosus, unuuntari*. Notata de *Musis* et *Musica* apud nos etiam alibi leguntur. In expositione *Arboris Consanguinitatis* hae Glossae *Theotisca* occurrunt: *Uitricus stiuffater*. Priuignus *stiuffsin*. Priuigna *stiuftobter*. Leuir *Zeibhor*. Conlaetaneus *Spumipruoder*. 8) Hinc a fol. 118. insignis sequitur *Nomenclator VII. Capitum Latinotheotiscus*, quem addendum *Glossariis Eccardianis T. II. Rer. Franc. Orient.* cum Eruditis communicare non piget. Itaque I. *De Ornatu Ecclesiae*:

Mappula. *Hantfano*.
Campanum. *Clocca*. *Clica*.
Pallia. *Fellola*. *Feblaban*.
Stragolum. *Panchlachan*.
Tapetium. *Teppit*.
Luminaria. *Liothfaz*.

II. De Edificiis.

Horreum. *Spicari*.
Granarium. *Chornbus*.
Scuria. *Scuginna*.
Cellarium. *Chellari*.
Pistrinum. *Pbistrina*.
Culina. *Cubina*.
Molendinum. *Muli*.
Clausula. *Pizuma*.
Canalis. *Chanali*.

Zeta ($\Delta\iota\alpha\tau\alpha$). *Chamera*.
Sarchoffagum. *Sarch*.
Mola. *Chuirna*.
Molaris. *Chuuirn stein*.
Clausura. *Wori*.
Capisterium. *Muoltra*.
Pinfo. *Cbnito*.
Feretrum. i. Loculus. Capillus (i. Capulus). *Para*.

III.

III. De Vasis.

Cuba uel Doleum. <i>Putinna. Tuma.</i>	Crater. <i>Scala.</i>
<i>Cuopha. Tina. Zupur i, bipolar.</i>	Cribrum. <i>Ritra.</i>
Situla. <i>Einpar.</i>	Cribellum. <i>Sip.</i>
Alueus. <i>Troch.</i>	Sedatium. <i>Hafip.</i>
Alueolus. <i>Trugili.</i>	Chorbis. <i>Chorph.</i>
Sciphus. <i>Choph.</i>	Buxus. <i>Bubs.</i>
Cuppa. <i>Chopha.</i>	Gallida. Gellita. <i>Becharu. Pechara.</i>
Nappus. <i>Naph.</i>	Capita. <i>Kepita.</i>
Catinum. Parapfis. <i>Sulzchar.</i>	Flascones. <i>Flascun.</i>
Urceus. <i>Urzel.</i>	Modius. <i>Mutti.</i>
Coclear. <i>Lephil.</i>	Lapidea. <i>Steinna.</i>
Manile. <i>Hantfaz.</i>	Olla uel Cacabus. <i>Hefan.</i>
Scutula. <i>Scuzila.</i>	
Capula. <i>Helza.</i>	
Lanx. <i>Pach uueiga.</i>	

IV. De Ferramentis.

Torax. Lorica. <i>Prumma.</i>	Falx. <i>Segansa.</i>
Lancea. <i>Sper.</i>	Falcicula. <i>Sicbila.</i>
Galea uel Cassis. <i>Helm.</i>	Circinus. <i>Reizza.</i>
Ocrea. <i>Peinperga.</i>	Securis. <i>Accus.</i>
Spata. Mucro. Ensis. <i>Suuert.</i>	Dolabra. <i>Parta.</i>
Capula. <i>Helza.</i>	Perpunctoria. <i>Stouph bisam.</i>
Faidilus. <i>Fezzil.</i>	Terebellus. <i>Napager.</i>
Balteum. <i>Palz.</i>	Plena. <i>Scapo.</i>
Semispatium uel Cultrum. <i>Sabs.</i>	Scalprum. <i>Scrotisran.</i>
Cultellus. <i>Mezzeres.</i>	Runzinum uel Roscina. <i>Nubil.</i>
Arcus. <i>Pogo.</i>	Afcia. <i>Debsta.</i>
Scutum uel Clippeum. <i>Scilt.</i>	Pala. <i>Scauula. Uangas. Crapum.</i>
Umbo. <i>Rantpogo.</i>	Bibellis. <i>Pibal.</i>
Sagitta. <i>Strala.</i>	Bidiuium. <i>Kertari.</i>
Pilus. <i>Pheil.</i>	Fofforium. <i>Houua.</i>
Pharetra. <i>Chochari.</i>	Tridens. <i>Mistcapala.</i>
Pulzio. <i>Polz.</i>	Sarculum. <i>Letifarn.</i>
Conda. <i>Senua.</i>	Forcipes. <i>Scari.</i>
Graphium. Stilus. <i>Cripbil.</i>	Raforium. Nouacula. <i>Scarafabs.</i>
Scinonem. <i>Scinuñ.</i>	Fuscinula. <i>Crouuil.</i>
Subula. <i>Ala.</i>	Graticula. <i>Rost ifarn.</i>
Amus. <i>Angal.</i>	Crumacule. <i>Hala.</i>
Acus. <i>Nadla.</i>	Caldariolum. <i>Chezil.</i>

Andena. *Prantretta*.
Titio uel Torris. *Prant*.
Uomer. *Waganfo*.
Ligo. *Seb*.
Pecten. *Champ*.

Bacinus. *Bechi*.
Patella uel Frixorium. *Fanna*.
Gazza. *Chella*.
Aqua maniles. *Hantchar*.

V. De Culturis Terræ.

Terra falica. *Seli lant*.
Manfus. *Huopa*.
Jurnales. *Jub*.
Aratura. *Celga*.
Coloni. *Puringa*.
Libertini. *Frilazza*.
Aratrum. *Fluoch*.
Erpica. *Eggida*.
Plaustrum. *Uuagan*.
Humeruli. *Chippun*.
Radii. *Felgun*.

Canti. *Speichun*.
Modioli. *Napa*.
Lora. *Lobbelmun*.
Scala. *Leitra*.
Jugum. *Job*.
Rota. *Rad*.
Curta. *Hof*.
Curtalis. *Houa stat*.
Funis. *Seil*.
Stiua. *Kerza*.

VI. De Animalibus.

Admissarius. *Scelo*.
Emissarius. *Reinno*.
Ambulator. *Celtari*.
Sellarius. *Satalros*.
Fallere (Phalerae) *Satalkiscirri*.
Equa. *Meriba*.
Equaritia. *Stuat*.
Mulio. *Stuotari*.
Erpicarius. *Egidari*.
Poledrus. *Folo*.
Pultrinus. *Fuli*.
Equus fonipes. *Rofs*.
Taurus. *Far*.
Bos. *Rint*.
Fetellus uel Uitulus. *Chalb*.
Uacca. *Chuoa*.
Armentarius uel Bubulcus. *Suei-
gari*.
Uaccaritia. *Sueiga*.
Bidentes. Oues. *Scaf*.

Aries. *Ram*.
Agnus. *Lamp*.
Agnus. *Chilpura*.
Multones. *Uuidiri*.
Hircus. *Poch*.
Hircellus. *Puchili*.
Capra. *Ketz*.
Capella. *Kizzella*.
Uerres. *Peri*.
Sues. *Suin*.
Porculus. Porcellus. *Faribir*.
Magalis. *Parch*.
Scrofa. *Su*.
Suculi. *Suuli*.
Moloffus. *Rudo*.
Allex (Alces). Flax (Elanx?)
Elabo.
Grellus (Grillus). *Muchbeimo*.
Uelter (Veltris, Vertagus). *Uuint*.
Canicula. *Zoba*.

Muriceps uel Musio uel pilax.
Chazza.

Lepus. *Haso.*

Castor uel Fiber. *Pipar.*

Lustrus uel Luter. *Ottar.*

Onager. *Wilder Esil.*

Barrus uel Elefas. *Helfant.*

Crifes (Gryphs) *Crifo.*

Linx. *Lubs.*

Simia. *Affo.*

Cenozefali (Cynocephali). *Hun-
thopiton.*

VII. De Vestimentis.

Tunica. *Kiuati.*

Camisa. *Hemidi.*

Camifiale. *Hemidlachan.*

Saracile. *Fettidi.*

Brazile uel Femoralia. *Pruoch.*

Trabucna (Trabuchus) *Diob
Pruoch.*

Fasciola. *Uuintinga.*

Pedules. *Fuoztuocha.*

Lifinnas. *Lifinum.*

Caligas. *Cheliffa.*

Calciaria. *Scuoba.*

Mitra uel Pileus. *Huot.*

Vuanti (Chirothecae). *Hantscuo-
ba.*

Collarium. Armilla. *Pouga.*

Sagum. *Labcan.*

Perfum uel Sandicinum (Pannus
coloratus). *Uueitin.*

Coopertorium. *Cbuparturi.*

Tragulum. *Feblaban.*

Lena (Substratum Lecti). *Zuffa.*

Tempis (a Tempe) uel Scena.
Loupa.

Cortina linea. *Umpibanc.*

Tentorium. *Kicelt.*

Lintheamina. *Liblabcan.*

Culcitra. *Peti.*

Capitale. *Houpitfulin.*

Plumatium. *Uuangari.*

Ceruical. *Cbussili.*

Varia sunt in hoc *Nomenclatore*, etiam inter Latina, quae in vulgatis haecenus *Glossariis* non reperiuntur. Singulorum vero discussionibus immorari ex instituto non est. 9) Succedit Expositio *Ornamentorum Muliebrum* mutila; excidit enim unum saltem *Codici* folium, unde et, quae de *Funeribus* sequuntur, ἀκεφαλα sunt, *Excerptum de libro etymologiarum ysidori*. Definitiones ut plurimum Rerum ad literas pertinentium.

Fol. 126. p. 2. resumuntur *Glossae* in Biblia hoc initio: *Prima pars regum samuel ebraice dicitur. Amatha ciuitas est ipsa qui in*

ueteri translatione Arimathia dicitur &c.

Fol. 137. p. 2. ad verba: *auium ardua et excelsa teneant &c.* coincidit *Codex* cum altero mutilo in *Indice* notando. Enotantur deinceps *Paralipomena, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Cant. Sapientia, Acta Apostol. et Epistolae*, item *Evangelia*.

Fol. 214. p. 2. interferitur Notitia *De Vestimentis Sacerdotalibus*, videlicet: *De Superbumerali, Podere i. Tunica Linea, Cingulo, Fanone, Orario, Dalmatica, Casula, Sandaliis et Pallio*, hoc ingressu: *De ueste*

sacerdotali moderno ad antiquum habitum comparato, quid mystice significet, persequamur. Sumta sunt haec e *Rabani L. I. de Institut. Clericor. a C. 14.* edit. *suprac. T. VI. p. 7.* sed hic succinctius repraesentata.

Fol. 217. iterum reditur ad *Glossas* et quidem in *Psalms*, in *Epistolam ad Hebraeos* et in *Apocalypsin*, ubi *C. 21. v. 8.* in voce *execratis* fititur, quin folium deperiisse videatur. In secunda hac Expositionis Parte, videlicet a *Libris Samuelis*, rarefcunt *Glossae Theotifcae*; invenias tamen *fol. 155.* imprecatio, maledictio, *Schelta. Fol. 172.* Ptifane *Fesin* alias *Spriiur. Fol. 182.* Fascinatio *Zouper &c.* Donec aliud edocear, Contenta hoc *Codice* ab ore *Rabani Mauri* dictantis a Discipulis excepta fuisse teneo.

LXV. VII. F. 4.

460 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 183. 4. eleganter exaratus, rubricis distinctus, olimque *Monasterij sancti floriani patav. Dyoc.* sequentia continet: *I. Glossas* seu Interpretationes difficiliorum Vocabulorum S. Scripturae non Alphabeti Ordine, sed Librorum, qui se hac ratione consequuntur: *Pentateuchus, Josue, Judicum, Regum, Prophetarum, Job, Salomon, Paralipomena, Esdras, Esther, Tobias, Judith, Machabaei, Evangelia, Actus, Epistolae Canonicae, Paulinae, Apocalypsis, et Psalterium.* Praeit Quaestio: *Quid primum in-*

quirendum sit in Libro. Ad quam respondetur: *Primum inquirendum est omnium Librorum tempus. Locus. Persona. Et quare non XII. evangelia recipiantur. nisi quatuor. quia videlicet totus mundus constat ex IIII elementis &c.* Futili huic rationi infistit pluribus Noster, sed nota, illius aevo non nisi XII. circumlata fuisse *Evangelia*, quorum numerus nunc, diversis saltem sub titulis, pene ad XL. adcrevit. Expositio porro illius non tantum ad sacros Libros, sed etiam ad *Hieronymi Praefationes* porrigitur. Ita ante *Genesin* explicatur: *Presagus. Pentateucus. Sintagma. Apocrypha. Hybaros. Neniis. Autenticos. Oconomicon. Xenofon. Karismata.* Dein *Geneseos* initium sic habet: *Bresith. hebraice. genesis grece. Latine generatio. Paradisus. est locus in orientis partibus constitutus. cuius uocabulum ex greco in latinum uertitur hortus. porro hebraice eden dicitur quod in nostra lingua interpretatur deliciae. quod utrumque iunctum facit hortum deliciarum &c.* Quibusdam Libris peculiare Tractatiunculae subjiuntur, ut *Genesi De vita Ade, Exodo De habitacione israel,* videlicet in Aegypto &c. Plures Libri duplicem habent Commentariolum, quorum posterior semper inscribitur *Alia edicio.* Non indoctum fuisse oportet Glossatorem. Vestigia *Hieronymi, Isidori, Walafridi* legendo literae plerumque infistit, raro in mystica divertens; hebraicae tamen graecaeque linguae parum gnarus infeliciter saepe *ετυμολογίζει*, in quo, uti